mantur ~~prof~~ lectores institutionum. ~~At~~ At
quod ad attinet duos constituere, cum unus
sufficiat. Neque commode distrahi potest stipen-
dium, quod alias satis tenue est. Quare
haec tibi significanda duxi, ut cum tuae a
senatu Academiae istuc allatae fuerint, scias
Unum eum alteri longe praestantiorem ac praefe-
rendum esse. Et puto Academiae gloriosum fore
doctorem hic esse professorem institutionum.
Quod si tibi videtur, duos ~~[illegible]~~ etiam
constituendos esse, qui elementa iuris pro-
legat, malim Sigisti nostri ~~[illegible]~~ haberi
rationem, qui istuc, quam Norinbergam pro-
posuit. Velim quoque Arcij ne obli-
viscaris, quem tibi antea commendavi.
Nam ita ~~pl~~ nunc scio, illum Academiae
nostrae magno fore ornamento. Extant
eius poemata, quibus tanta apud omnes
laude comprobatus est, ut cum ~~pr~~ Propertio
comparetur. Nunc aut commode haberi eius
ratio potest, quoniam ~~[illegible]~~ ea vacat
conditio, quam Caspar Marsilius habebat,
qui Coloniam hinc discessit. Praeterea
si Jodocus fuerit a principe approbatus,
ut Theologiam profiteatur, alter in eius quoque
locum ~~[illegible]~~ erit subrogandus. Quare
fidei ac diligentiae tuae Arcium commendo.